
DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS

QUÆDAM DE MORBIS EPIDEMICIS,
EPIDEMICISQUE AERIS CONSTITUTIONIBUS
COMPLECTENS.

DISSERTATIO MEDICA

IN AERIS

OT EDAM DE MORBE EPIDEMICO

EPIDEMICISQUE AERIS COMPOSITIOIBUS

COMPARATA

ANNUNTIATA A M. D. C. C. C. C.

PER AERIS COMPOSITIOIBUS

D. GEORGII BARKER M. D. C. C. C.

ACADEMIAE SCIENTIARUM

PHILOSOPHICAE

INSTITUTIONIS AERIS COMPOSITIOIBUS

INSTITUTIONIS AERIS COMPOSITIOIBUS

INSTITUTIONIS AERIS COMPOSITIOIBUS

INSTITUTIONIS AERIS COMPOSITIOIBUS

INSTITUTIONIS AERIS COMPOSITIOIBUS

INSTITUTIONIS AERIS COMPOSITIOIBUS

INSTITUTIONIS AERIS COMPOSITIOIBUS

INSTITUTIONIS AERIS COMPOSITIOIBUS

INSTITUTIONIS AERIS COMPOSITIOIBUS

INSTITUTIONIS AERIS COMPOSITIOIBUS

INSTITUTIONIS AERIS COMPOSITIOIBUS

INSTITUTIONIS AERIS COMPOSITIOIBUS

INSTITUTIONIS AERIS COMPOSITIOIBUS

INSTITUTIONIS AERIS COMPOSITIOIBUS

INSTITUTIONIS AERIS COMPOSITIOIBUS

INSTITUTIONIS AERIS COMPOSITIOIBUS

INSTITUTIONIS AERIS COMPOSITIOIBUS

INSTITUTIONIS AERIS COMPOSITIOIBUS

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS

QUÆDAM DE MORBIS EPIDEMICIS;
EPIDEMICISQUE AERIS CONSTITUTIONIBUS
COMPLECTENS:

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, S. S. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu,

Et Nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ Decreto;

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

GULIELMUS WEBB,

ANGLUS,

SOCIETATUM REG. MÈD. EDIN. ET NATUR. STUD. EDIN.

PRÆSES ANNUUS.

Ad diem 24 Junii, hora locoque solitis.

EDINBURGI:

CUM PRIVILEGIO.

TYPIS GEORGII MUDIE ET FILII.

1796.

OUTLINE OF THE HISTORY OF THE UNITED STATES

THE HISTORY OF THE UNITED STATES FROM 1776 TO 1876

BY JAMES M. SMITH

NEW YORK: G. P. PUTNAM'S SONS, 1876

NATURAL HISTORY OF THE UNITED STATES

BY JAMES M. SMITH

BOSTON: G. P. PUTNAM'S SONS, 1876

THE HISTORY OF THE UNITED STATES

BY JAMES M. SMITH

NEW YORK: G. P. PUTNAM'S SONS, 1876

THE HISTORY OF THE UNITED STATES

BY JAMES M. SMITH

NEW YORK: G. P. PUTNAM'S SONS, 1876

GULIELMO WEBB,

MEDICINAM

ALTONII IN COMITATU HAMPTONIENSI

FELICITER EXERCENTI,

SIBI

NATURA, ANIMO, CONSILIIS

PATRI OPTIMO,

HANCCE DISSERTATIONEM,

QUALIS EA CUNQUE EST,

GRATI CERTE ANIMI SUMMÆQUE PIETATIS

TESTIMONIUM

SACRAM VULT

A U C T O R.

Digitized by the Internet Archive
in 2020 with funding from
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b31966536>

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS

QUÆDAM DE MORBIS EPIDEMICIS,
EPIDEMICISQUE AERIS CONSTITUTIONIBUS
COMPLECTENS.

COGITANTI mihi aliquandiu de hujusmodi
dissertationis argumento, nonnulla tandem
generalia ad morbos epidemicos pertinentia ad-
notare visum est.

Morbus, qui per populum grassatur, et post
aliquod tempus cessat, epidemicus nominatur.

Morbi epidemici plerumque ad classem py-
rexiarum pertinent, eorumque maxime insignes

funt contagiofi. Plurimi exiftimaverunt, præfertim Sydenham, quendam proprium aëris ftatum adefle oportere, qui conftitutio epidemica vocatur, priufquam morbus epidemicus fieri poteft. De hac fub finem differtationis in animo eft feorfim dicere, attamen prius opus erit, ut de aliis magis ufui accommodatis, certioribusque differerem ; quorum duo, quæ fequuntur, præcipue notanda funt.

I. Varia ejuſdem morbi eſt facies ac natura, prout variis temporibus epidemice graſſatur.

II. Morbis epidemicis, iisque diverſi generis eodem tempore valentibus, alii alios ſe invicem aliquatenus afficiunt; eo nempe, qui præ cæteris viget, reliquos ad formam ſuam ac ingenium quodammodo redigente : necnon morbi, qui ſporadice tantum occurrunt, ab epidemico regnante tali modo afficiuntur.

I. Idem

I. Idem morbus, ut supra dictum est, tempestatibus diversis, diversam induit formam et naturam. Nunc levia sunt symptomata eventusque faustus, nunc his contraria observantur. Plurima signa uni epidemico adsunt, quæ absunt alteri. Morbi ingenium nunc epidemici maxime variatur, signis tamen evidentibus iisdem; nunc vero grassantis, ingenio eodem, signa evidentia valde diversa sunt. Idem indicium modo bonum, modo malum haberi potest. Idem quoque auxilium, nunc vim salutiferam, nunc vero aut nullam aut diversam exercet.

Sed exempla quædam afferri oportebit. Morbos igitur diversorum annorum, ut isti ab illust. * Sydenham nobis traduntur, animadvertere juvabit. Variola ac rubeola regulares et anomalæ, febresque diversis aëris constitutionibus propriæ, ab eodem memoratæ, nostro argumento favere videntur.

A 2

Typhus

* Sydenham de Morbis Epidemicis.

Typhus modo ingruit epidemice sub forma *mitioris*, modo *gravioris*; nec vero sicut hæc vel illa sævit, est mors semper rarior aut frequentior. Hujus quidem exemplum est notabile febris illa typhodes, quæ anno 1780 per captivos Hispanos Ventis Belgarum cum tanta clade grassata est, cujus descriptionem * Carmichael Smyth nuper edidit in lucem. Epidemicus iste, quanquam valde lethalis, paucis quidem symptomatum illorum stipatus est, quæ typhum sub forma sua maligna notare judicantur. Petechiæ enim, vibices et hæmorrhagiæ fere nunquam observata sunt. Nec ex corporibus, nec dejectionibus ægrorum ullus fuit fætor peculiaris. Mens sana ad mortem usque fere permanfit. Oculi plerumque graves fuerunt et obscuri, sed tunicæ eorum albuginæ non solum nec suffusæ, nec turbidæ, sicut in typho semper fere apparere solent, sed etiam albidæ claræque extiterunt.

Rubeola,

* Account of the Jail Fever at Winchester.

Rubeola, qualis ea fere graffatur, natura est valde inflammatoria. Interdum tamen eadem, sub forma folitæ omnino contraria, per totum suum curfum pyrexia typhode, signisque illis, quæ putrida, a plerisque nominantur, stipata epidemice ingruit. Quod quidem morbilli putridi epidemici a * D. Watson memorati, insigni modo testantur. De epidemicis similibus Morton quoque et Huxham mentionem faciunt.

Morbi febriles, sub una aeris constitutione a † D. Sims observata, crisi manifesta desierunt: sub altera non itidem. Idem quoque auctor est, fætorem vix tolerandum haud infaustum fuisse indicium, in quibusdam variolis confluentibus, quæ epidemice sæviebant; necnon ptyalifmum, quod plerumque in variola confluyente bonum existimatur, in hoc tamen casu malum

* Lond. Med. Observ. vol. iv.

† Sims on Epidemic Diseases.

malum indicâsse. Eandem quoque rem celeb,
 * Fothergill notavit. “ In præfenti aeris con-
 “ ftitutione,” ait ille, “ ex obfervatione juftif-
 “ fima et accuratiffima forfitan patebit eo ma-
 “ jus periculum effe, quo major eft ptyalifmus,
 “ atque hunc fluxum fupprimi eumque ad cu-
 “ tem dirigi, exiguum nempe opii fubinde ad-
 “ hibendo, oportere. Attamen haud ignorari o-
 “ portet,” pergit ille, “ hancce obfervationem
 “ ad conftitutionem aeris, quæ nunc valet, tan-
 “ tum pertinere, et non femper forfitan conve-
 “ nire ut fluxum, qui adhuc tam commodus
 “ judicatus eft, anodynis calefacientibus fup-
 “ primere conaremur.”

Diarrhæa in febre annorum 1661-4 a † Sydenham memorata remediis vomitoriis fanata eft; in febre vero annis 1665-6 vigente, eadem ab his aucta eft, perfiftente fimul vomitu.

Pleuritidum

* Fothergill on Weather and Difcafes.

† Sydenh. Oper. p. 105.

Pleuritidum ac peripneumoniarum curatio, secundum * D. Sims, in una tempestate valde diversa fuit ab ea, quam experientia in altera necessariam esse docuit. Quod tamen discrimen symptomata non indicaverunt.

Per multos annos nuper elapsos, Professor noster Gregory, ægris typho laborantibus, lavationem totius corporis, per spongiam ex aqua frigida cum aceto, quam feliciter præscripsit; in typho autem epidemico, qui hieme proxima Edinburgi grassatus fuit, idem remedium haud pariter profuit †.

Scarlatina, ut a Sydenham descripta, lenis est morbus; scarlatina anginosa multo gravior et periculosior, et cynanche maligna natura est maxime acerba et lethali. Cum morbos, sub his appellationibus notos, unius ac ejusdem varietates

* Sims on Epidemics, p. 167.

† Gregory Praelect. Clin.

rietates tantum gradufve effe nihil dubitem : hæc ergo diverfitates, ficut legis morborum epidemicorum exempla, quam nunc tractamus, exiftimare lubet.

Multa quidem alia documenta, eaque magis forfitan ad rem pertinentia, felegi poffunt ; hæc autem, ut fpero, quæ jam in medium attuli, ad varietatem morbi ejufdem, variis fcilicet temporibus epidemici, monftrandam fufficiunt.

Nunc igitur videamus quid utilitatis hinc colligi poteft.

Multa et contraria, tam ad morborum hiftoriam, quam ad idoneam eorundem curationem fpectantia, quibus fcitent medicorum, pariter quidem fide dignorum monumenta, omnem fcilicet, qui medicinam haud diu exercuerit, maxima difficultate confundere neceffe eft.

Plurimæ causæ, ad hæc, adeo inter se repugnantia, explicanda, propositæ sunt *. “ Scriptores enim,” dicit celeb. Cullen, “ alii ad theorias sibi placentes stabilendas, alii ad fidem remediis ab ipsis sive inventis sive multum laudatis conciliandam; vel veritatem, præconceptis occæcati, non percipiebant, vel etiam fictis et falsis corrumpebant. Plures, re omni quovis modo mirabili capti, quod ipsi facile crediderunt, alios credere cupientes rem omnem præter modum amplificarunt. Plures, denique, ut observationibus, hodie ad eo expetitis, famam sibi compararent, historias in museo fictas, pro veris tradiderunt.” Quibus a Cullen rēcenfitis accedere etiam potest natura locorum, qua quippe diversa, morborum quoque formæ ac ingenia diversa erunt.

Quanquam vero plurimæ hujusmodi difficultates, ob hæc causas supra memoratas, quad-

B

antenus

* Nosolog. Method. Prolegom.

antenus solvuntur; haud pauca tamen restant exempla complurium morborum, quibus magna adest inter se discrepantia, sicut isti, ab auctoribus diversis, pariter iudicio acri et ingenuo summaque observantia et auctoritate insignibus, descripti sunt.

Nonne, ad hæc ulterius exponendâ, lex illa morbis epidemicis propria, de qua agitur, quodammodo valebit? Quanquam morbi alicujus signa, aut ingenium aut curatio ab hoc medico descripta, multum ab iisdem, quæ alii tradunt, differunt; neutiquam tamen sequitur utrumque auctorem pari fide indignum esse; quippe quod hujusmodi difficultates, ex diversitate morborum epidemicorum quos uterque descripsit, forsitan oriuntur.

An ad exempla, quæ sequuntur, explicanda, licet hoc principio uti?

In typho quodam epidemice grassante, quem describit * D. Ferriar, signa febrilia, simul ac intestina fuerint expurgata, haud raro cessare. Ægri plerumque alvi dejectionem bene sustentarunt, eamque sæpe repetendam iterum iterumque postularunt. — Pulsus arteriarum post purgationes validior fere atque ordinatior evasit.

Ægris vero typho, qui Edinburgi plerumque viget, laborantibus, alvi purgatio, † Gregory aliisque observantibus, non solum nihil prodest, sed etiam maxime nocet; viribus nempe vitæ, sæpe a dejectione aliqua plusquam naturali, aut valde imminutis aut fere extinctis.

Nonne remediorum purgantium hi varii effectus, sicut illa in epidemico Macunii ac in febre Edinburgi fuerint adhibita, ad epidemiorum legem, quam tractamus, referendi sunt?

B 2

Cui

* Ferriar's Med. Hist. and Reflect. vol. i. p. 121.

† Prælect. Clin. et de Med. Pract.

Cui conjecturæ nonne favet natura locorum fere eadem? Nonne etiam illa observatio a * Ferriar ipso facta, incolas scilicet Macunii cathartica medicamenta plerisque in morbis, velut in hydrope, neutiquam tam bene, quam Edinburgum habitantes sustentare, hanc opinionem verisimiliorem reddit?

Eodem in morbo a Ferriar descripto, † “Veficatoria,” ait ille, “vi peculiari in epidemiacum valebant. Morbus sæpe ab uno veficatorio omnino tollebatur.” Epispaſticorum usum in typho alii laudant medici, alii improbant. Celeb, ‡ Lind, vir, omnium consensu, summa fide dignus, veficatoria in typho, qui sæpissime in nosocomio regio apud Haslar sæviebat, multum profuisse, satis superque demonstrat. Contra vero Professor noster § Gregory ex sua experientia comperit,

* Ferriar's Med. Hist. and Reflect. vol. i. p. 89.

† Ibid. p. 122.

‡ Lind on Fevers and Infections.

§ Prælect. de Med. Pract.

comperit, hæcce in eodem morbo auxilia non solum non commoda, sed sæpe etiam noxia fuisse. Certe huic nemo non credet. Is enim exquisitis profecto rationibus suam de hac re opinionem firmat, quam quidem ipse, plerisque saltem in casibus, justam existimare maxime adducor; et insuper etiam credo, vesicatoria typho laborantibus plerumque haud multum prodesse: nihilominus tamen animadvertere necesse est, morbi ingenium, quibusdam tempestatibus epidemici, ita variari, ut hæcce remedia commoda illi reddantur; ex quo tantum principio, experientiam de usu epispasticorum in typho, virorum illustrium Gregory et Lind, tam inter se contrariam, explicare queo.

Ex his igitur constat, maxime omni medico cavendum, ne, cum primum morbus epidemice ingruat, nimis temere, et sine ullo discrimine, illa adhibeatur curatio, quæ tamen, eodem in morbo alio tempore grassante, fausto quidem eventu fuerit; atque etiam, si nunc eadem

eadem haud tam bene, quam antea valuerit, quamvis magna inest utrique epidemico similitudo, et quantacunque est illius qui talem laudat curationem auctoritas, vel illa quodammo- do varianda est, vel prorsus mutanda. “ * Hoc
 “ faltem,” ait Sydenham, “ pro comperto ha-
 “ beo, ex multiplici accuratissimarum observa-
 “ tionum fide, prædictas morborum species,
 “ præsertim febres continuas, ita toto, ut aiunt,
 “ cœlo differre, ut qua methodo, currente an-
 “ no, ægrotos liberaveris, eadem ipsa, anno
 “ jam vertente, forsitan e medio tolles : quod-
 “ que ubi semel in genuinam medendi ratio-
 “ nem, quam hæc vel illa febris species sibi
 “ vindicat, auspiciato inciderim, ad eundem sco-
 “ pum collimans (favente, ut fit, optimo Nu-
 “ mine), metam quasi semper attingam, re-
 “ spectu ad temperamentum, ætatem et reli-
 “ qua ejusmodi usquequaque habito, donec
 “ extincta illa specie, novoque glifcente malo,
 “ anceps

* Sydenh. Oper.

“ anceps rursus hæreo, qua mihi via insisten-
 “ dum, ut ægris subveniam; ac proinde, nisi
 “ ingenti adhibita cautela, intentisque omni-
 “ bus animi nervis, vix ac ne vix quidem pos-
 “ sum efficere, ut unus vel alter eorum, qui
 “ se primi meæ curæ commiserint, vita peri-
 “ clitetur; donec investigato jugiter, tandem-
 “ que perspecto morbi genio, ad eundem per-
 “ domandum recto pede, et intrepidus denuo
 “ procedam.”

II. Vim, morbis epidemicis propriam, vel
 sese invicem, vel alios sporadice simul occur-
 rentes, afficiendi, omnes medici, qui hujusmodi
 morbos observatione perscrutati sunt, præcipue
 notavere. Hæc sane res est maximi momenti,
 quam in morbis curandis omnis medici est, spe-
 ciatim animadvertere. Itaque fert animus eam
 fuse tractare, et compluribus exemplis e medi-
 corum summa auctoritate monumentis, in me-
 dium adductis, et illustrare et probare.

Morbo cessante, qui nuper maxime fuerit epidemicus, et quodam alio etiam grassari incipiente, alius ita alium afficit, ut signa utriusque propria, plus minus, secundum utriusque naturam, inter se misceantur.

Et non modo signa, sed unius morbi sæpe ipsum ingenium alterius naturam ita aliquatenus participat, ut curationem huic idoneam, in illo quoque quodammodo adhibere oporteat. Cum morbus epidemicus ad statum pervenerit, haud diutius ab aliis afficiendus, genuinam induit formam et naturam, eaque cum omnibus aliis morbis eodem tempore occurrentibus communicat. “ * Quisquis enim fuerit morborum, qui
 “ ea tempestate invaluerit, principatum omnium,
 “ nium, qui isto anno invadunt, obtinuisse,
 “ facile deprehendetur, cujus ingenio epidemici,
 “ quotquot sunt συγχρονοί se accom-
 “ modant, in quantum eorum fert natura.

Peste

* Sydenh. Oper.

Peste epidemice sæviante, pleræque aliæ febres natura sunt pestilentiali. Cujus exemplum est febris pestilentialis a * Sydenham memorata, quæ simul cum peste vigebat. † Maculæ purpureæ in variola laborantibus, sub constitutione aeris pesti favente, præcipue apparebant. ‡ Dum pestis Hierapoli anno 1742 erat epidemica, non modo typhus sed febres quoque intermittentes ac dysenteria ejusdem naturæ maxime participes fuerunt. § Idem quoque, de peste anno 1762 eodem in loco grassante, observatum est.

Dum variolæ Londini annis 1667-8-9 epidemice sæviebant, ¶ febris simul ingruerat, cui quædam signa variolarum, eruptione excepta, plane aderant. Febris enim, constitutioni aeris propria, quæ præcesserat, arida cute stipata
C
fuit ;

* Sydenh. Oper.

† Ibid. p. 141.

‡ Alex. Russell on the Plague, p. 192, 199, 203.

§ Patrick Russel, on the Plague, p. 40, 58.

¶ Syden. Oper. p. 131, 162.

fuit ; hujus vero ab initio sudor fuit copiosus. Aggrediente morbo dolebat æger apud cordis scrobiculum, nec, ut ille premeretur, tolerabat. Quod vero præcipue notandum, hujusque morbi mirabilem cum variolis nexum indicavit, fuit ptyalifmus ille criticus sub finem eveniens, quemque supprimere valde periculofum fuit.

* Hac aeris constitutione pene finita et variolæ et febris hæc variolofa, foluta alvo comitantur, et paulo post dyfenteria fit epidemica.

Variolis anno 1729 Plymuthi maxime epidemicis, febris nervofa fimul vigebat. “ † Caput, ftomachus et lumbi laborabant potiffimum, quasi ingruentibus variolis, magna cum oppreffione pectoris, fufpirio et gravi languore. Talis forte affectus nomen dedit febri variolofæ Sydenhamii.”

Per

* Sydenh. Oper. p. 131.

† Huxham de Aere, &c. vol. 1. p. 33

* Per duos menses, quibus primum ingruerant morbilli epidemici, anno 1674, pauci febre correpti sunt, quam Sydenham febrem morbillosam nominavit, quippe quod a morbillis non multum abhorruit. Nonnulla enim exanthemata per corporis truncum, colli præsertim posteriora et humeros, eruptioni morbillosæ similia, erumpebant; hoc vero ab illa differentia, quod neutiquam per totum corpus, nec ultra partes, quas diximus, sese diffundebant. Pyrexia quoque ejusdem naturæ plane erat, sed violentior et ad dies quatuordecim vel plures durabat.

† Dum scarlatina anginosa annis 1783-4 Philadelphicæ grassabatur, feбри intermittenti, hic illic sese tum ostendenti, quædam erant signa peculiariora. Compluribus enim ægris eruptio ad cutem, et manuum, pedumque tumor, qui-

C 2

busdam

* Sydenh. Oper. p. 233.

† Rush Med. Inq. & Observ. vol. 1. p. 122.

busdam etiam angina, dolorque pone aures accidebant. * Scarlatina anno 1762 Dublini epidemica, simul exorta est febris, scarlatinam, omni re, si eruptionem demas, quam maxime referens. Nonnulli angina et faciei tumore affecti sunt; multorum vero cutis, postquam morbus ad dies quatuordecim vel diutius fuerat protractus, quamvis nulla eruptio apparuisset, in squamulas furfuraceas abiit.

Nonnulla jam dixi exempla febris communis, cujus signa a variolis quibusdam epidemicis aliquatenus affici videbantur; attamen, ni fallor, observatio frequentior est, febrem contra epidemicam eodem modo variolas afficere. Quod quidem Huxham et Ruty præcipue notaverunt. A priore enim aliquid huic observationi generali contrarium mirum habetur. † “Variolæ,” inquit ille, “nunc magis frequentes,

ut

* Ruty, Hist. of Weather and Diseases, p. 283.

† Huxham de Aere, &c.

“ ut plurimum tamen mites, licet parce admo-
 “ dum expuitur, at discreti sunt plerumque
 “ generis, quod mirum utique videtur, quando-
 “ quidem alii morbi acuti, monstri jam quid
 “ maligni alunt.”

Mirabilis semper nexus observatur dysente-
 riam inter aliosque morbos febriles eodem tem-
 pore valentes. Si febris epidemica vel typo
 typhode, vel intermittente vel remittente gau-
 deat, ejusdem quoque generis erit pyrexia, quæ
 dysenteriam comitari solet. * Sydenham pro-
 fecto dysenteriam esse febrem in intestina in-
 troversam existimavit. Hæc opinio nunc ab
 omnibus rejicitur; verisimile autem est, virum
 illum præclarum eam formasse e similitudine,
 quæ pyrexia dysentericæ, febrique, vel eodem
 tempore vel nuper epidemicæ, inerat. At non
 modo dysenteria ab aliis morbis afficitur, sed
 alii quoque ab ipsa; quod quidem indicant vel

alvus

* Sydenham Oper. p. 131.

alvus soluta, vel omnia fere ipsius dyfenteriae signa in morbi curfu supervenientia.

Plurimi etiam morbi ex classe phlegmasiarum, qui naturam, speciemque sibi vindicant plerumque easdem, nonnunquam tamen ab epidemicis regnantibus afficiuntur.

* Eodem tempore, anno scilicet 1762, quo febris putrida Dublini epidemica erat, morbi etiam pneumonici, natura quidem maligna et lethali, raroque sanguinis detractioe larga et repetita sanandi, valebant.

† A D. Sims quoque observatum est, pleuritides et peripneumonias, durante constitutione aeris morbis malignis favente, vix quidem pati, ut sanguis plusquam semel adimeretur.

Iisdem

* Rutton on Weather and Diseases.

† Sims on Epidemics.

Iisdem morbis nonnunquam fuisse pyrexiam typhodem sparsim in operibus suis ab Huxham notatur, et plerumque etiam ab eodem observatum est, febrem putridam eodem tempore grassatam fuisse. Uno in loco et rem notat, suamque de illa opinionem offert. * “ Hæ
 “ febres sæpe complicatæ videntur, et unitis
 “ viribus sæviunt, pulmonaria nempe et pete-
 “ chialis.”

Per hiemem anni 1795 incipientis sævissimam, quando catarrhi quam maxime erant frequentes, plerique simul ægroti in nosocomio regio Edinburgi, me saltem observante, catarrhum quoque ut plurimum participare videbantur.

† Post tempestatem, sub qua febres intermittentes solito frequentiores Edinburgi
 erant,

* Huxham de Aere, &c. vol. 2. p. 42.

† Gregory Prælect. de Med. Pract.

erant, typhus remissiones haud leves ostendebat.

* Catarrhus contagiosus (influenza) veris 1782 talem post sese reliquit constitutionem aeris, ut febris, quæ æstate succedente invasit, typum sibi vindicavit, qualis ad catarrhum contagiosum pertinere solet.

† De eodem morbo in America annis 1789-90-91 pervalente, a celeb. Rush observatur, eum in ipsa valetudinaria adrepere, cumque omnibus morborum diuturnorum generibus sese commiscere.

‡ Ante morbum epidemicum parturientes corripientem mulieres, quem describit D. Clarke, etiamque dum ille sæviebat, febres ingenio typhode magis solito fuerunt.

Per

* Med. Communications, vol. 1.

† Rush Med. Inquiries and Observations, vol. 3.

‡ Clarke on the Epidemic Disease of Lying-in Women,

* Per aliquod tempus antequam Philadelphæ anno 1793 febris flava epidemice ingruerit, morbi omnes natura phlogistica ut plurimum gaudebant, necnon sæviente epidemico illo terribili, omnes alii morbi, modo tam maxime insigni ab illo affecti sunt, ut viderentur esse exempla tantum anomala epidemici regnantis.

† Medicus præclarus Rush hoc profecto in medicina effatum esse affirmat, duas nempe febres contagiosas et viribus inæqualibus valentes, neququam diu in eodem loco simul posse grassari. At nobis videtur, hancce propositionem ita prolatam nimis generalem esse, nec rebus veris fatis munitam. Certe nihil dubitandum est, quin plerique alii morbi evanescunt, dum epidemicus magnopere valet; attamen haud fatis mihi constat, hoc necessario accidere:

D exempla

* Rush on the Yellow Fever, p. 24.

† Ibid. p. 85.

* exempla enim profecto, quæ ad hoc probandum afferuntur, id potius infirmare quam stabilire videntur; nam illa tantummodo ostendunt, epidemicum præ cæteris regnantem alios afficere, eaque ratione alios eodem tempore morbos necessario existere. † Revera quoque ab eodem auctore vel false, vel saltem nimis incaute disceptatur, cum hancce rem (quæ, argumenti duntaxat gratia, pro vero habetur) morbum scilicet præcipue epidemicum alios omnino arcere, ad legem, sicut a plurimis fit animadversa, referret, per quam evenit, ut, duabus viribus haud æquis in corpus simul agentibus, potentior solummodo percipi possit.

Ex principio supra illustrato, hæc utilissima colligere licet; naturam nempe morbi vel eodem vel proximo tempore epidemici, in morbis præsertim acutis et febrilibus curandis, nunquam

non

* Rush on the Yellow Fever, p. 85.

† Ibid. p. 90.

non dignam esse attentione medici; nam si epidemici regnantis vel symptomata vel ingenium aliquatenus cum morbo, qui curatur, miseri videantur; secundum hæc quidem, tam in prognosi, quam in curatione, quodammodo agere oportebit. His enim neglectis, errores haud levis momenti, sæpe oriri possunt:

DE CONSTITUTIONIBUS AERIS EPIDEMICIS.

Opinionem, jam dixi, inter medicos valere, a Sydenham, ut videtur, ortam, quandam nempe conditionem aeris necessariam esse, ut morbus epidemicus eveniat. Nunc igitur disputabimus de hisce, ut vocantur, aeris constitutionibus; et hic primum inquiremus, quid veritatis sit in sententia a Sydenham prolata, quatenusque in eam nobis fuerit eundum. Ita loquitur de hac re medicus ille celeberrimus.

mus. “ * Varia sunt nempe annorum con-
 “ stitutiones, quæ neque calori, neque frigori,
 “ non sicco humidove, ortum suum debent, sed
 “ ab occulta potius, et inexplicabili quadam
 “ alteratione in ipsis terræ visceribus pendent,
 “ unde aer ejusmodi effluviis contaminatur, quæ
 “ humana corpora huic aut illi morbo addicunt,
 “ determinantque ; stante scilicet præfatæ con-
 “ stitutionis prædominio, quæ, exacto demum
 “ aliquot annorum curriculo, facessit atque al-
 “ teri locum cedit.”

“ Aeris massæ occultam ejusmodi sive crasin,
 “ sive texturam obtingere, quæ diversarum di-
 “ versis temporibus ægritudinum ansa atque
 “ pararia existat, nemini obscurum est, qui mo-
 “ do animadvertit, unum eundemque morbum,
 “ certa aliqua tempestate, infinitam mortalium
 “ vim corripere ac epidemicum fieri ; alias ta-
 “ men unum, alterumve hominem afflixisse
 “ contentum,

* Sydenh. Oper.

“ contentum, ulterius non grassari. De vario
 “ lis ac imprimis de peste, hujusce capituli ar-
 “ gumento res est factae superque manifesta.”

Sydenham profecto, quamvis morborum epi-
 demicorum causas ut plurimum excitantes, in
 omni aeris parte dispersas fuisse, existimavit; at-
 tamen pestem contagione propagari haud ig-
 norabat; ideoque constitutionem pestilentialem
 actionem modo et propagationem contagii pro-
 movere censebat. “ * Verum praeter istam ae-
 “ ris constitutionem seu causam communio-
 “ rem, accedat oportet et alia procatartica, nimi-
 “ rum *μιασματος* five seminii, a pestifero aliquo
 “ corpore, vel immediate vel proprio confor-
 “ tio, vel mediate ac per fomitem aliunde trans-
 “ missi, susceptio. Hoc enim si, instante qua-
 “ lem diximus aeris diathesi, fieri contingat,
 “ ab exigua primum scintilla mox horribile e-
 “ rumpit incendium, ac, densatis undique fu-
 “ neribus,

* Sydenham Oper.

“ neribus, universo aeri per istum terræ trac-
 “ tum a peste, tum laborantium halitibus, tum
 “ mortuorum cadaveribus, labes et contagium
 “ inducitur; adeo ut, ad tristissimæ ægritudinis
 “ propagationem, jam non amplius vel fomite,
 “ vel personali consortio opus sit; verum
 “ quemcumque hominem, vel summa cura a
 “ peste correptis semotum, ipse aer cum spiri-
 “ tu subiens, per se ac suo Marte inficere va-
 “ leat, modo ille corpus habeat humoribus, ac
 “ afflatum excipiendum paratis, refertum.”

Licet nostra quidem scientia de causis mor-
 borum excitantibus admodum sit imperfecta; tamen satis bene omnibus hujus sæculi appare-
 bit, hypothesin a Sydenham propositam, nisi certis limitibus circumscriptam, a veritate mul-
 tum abesse. Nonne vero epidemicæ aeris con-
 stitutiones, sensu magis definito, agnoscendæ sunt? Ut recte hæc questio solvatur, opus pro-
 fecto erit ea in conspectum afferre, quæ de cau-

sis morborum epidemicorum jam explorata habemus.

Morbi epidemici, qui, ut modo observatum est, plerumque ad classem pyrexiarum pertinent, in tria genera dividi possunt.

1. Febres intermittentes et remittentes, quarum causæ sunt miasmata paludosa, effluviaque ex humida terra, ac vegetabilibus putrescentibus.

2. Febrem illam continuam, quam frigus corpori admotum efficit; necnon in plerisque e phlegmasiarum ordine morbos, qui frigore ac humiditate, sed præsertim temperiei cœli subita frequentique vicissitudine, excitari solent; cujusmodi sunt pneumonia, rheumatismus, angina et multi alii.

3. Febrem continuam specifica contagione ortam; morbos quoque exanthematicos, ut variola, rubeola, pestis, et scarlatina; denique catarrhum

tarrhum contagiosum et dysenteriam; singulis nimirum, contagionem sibi propriam, ut causam excitantem, habentibus.

Certe hypothesis illust. Sydenham, ut supra exposita, nullis quidem morborum generibus, quæ jam enumeravimus, ex toto convenit. Experientia enim docet, morbos epidemicos nequam ferie annorum ordinata, alio in alius locum subeunte, redire; et profecto eorum causas ad effluvia e terræ visceribus referre, conjectura est parum verisimilis. De prima vero nostra epidemicorum divisione sententia a Sydenham prolata eatenus recipienda est, quatenus causæ illorum excitantes per aera dispergantur; et quamvis manifestæ ejusdem qualitates, ut hujusmodi morbi epidemice valeant, quodammodo forsitan adjuvent, verum haud negandum est, quin iidem morbi, iisdem nihil efficientibus, etiam grassari possunt.

De secundo quoque epidemicorum genere, satis constat causas eorum excitantes per aera communes esse, utpote illi manifestis aeris qualitatibus ortum suum debent.

Quod ad tertium vero attinet genus, nunc bene compertum est, quandam contagionem singulis propriam et corpori admotam, eos morbos tantum excitare; opinio igitur, occultum aeris statum eosdem efficere, prorsus inanis est. Etiamque multum a veritate abest, aera, postquam per aliquod tempus vel pestis vel quilibet alius morbus epidemicus fuerit, ita morbificis effluviis unquam contaminari, ut morbus ab atmosphæra sola, contagione ex fontibus suis primariis haud directe adhibita, concitari possit.

Notandum est quoque, hujusmodi morbos sub qualicumque cœli statu evidente epidemice grassari; quod quidem ex omnium auctoritate, qui morbos epidemicos observarunt tam bene compertum est, ut haud opus sit exempla afferre;

fortasse monere sufficiet, morbum eundem contagiosum, sub aeris conditionibus inter se omnino contrariis, quatenus saltem evidentes ejus qualitates spectentur, haud raro epidemice peræque valere. Nihilominus tamen apparet, hosce epidemicos aliquatenus ab aeris qualitatibus manifestis affici; sed quo quantoque modo ex observationibus hactenus de illa re adeo imperfectis, et, contrariis, neutiquam fatis constat.

Quamquam vero haud concedendum est, causas, quæ contagiosos epidemicos excitent, unquam per aera universum esse diffusas; mihi tamen videtur, quandam causam communem, præter contagium, una tempestate adesse, atque altera abesse; unde evenit, ut morbus contagiosus nunc magnopere epidemicus fuerit, et nunc rursus subito cessaverit.

Res est bene nota, contagiones multas in quædam loca haud raro fuisse introlatas, et non
alterius

ulterius disseminatas, quamvis fatis manifestum fuerit, homines viribus earum sese objecisse.

* *Celeb. Rush* plurima hujusmodi exempla, ad contagii febris flavæ spectantia, memoravit.

Idem quoque de contagione variolosa sæpe observatum est. † *Variolis* in oppidum Hiberniæ

per milites introductis, morbus illo tempore non propagabatur, sed paulo post epidemicus fiebat,

contagione rursus importata. In ‡ *historia*

pestis Hierapoli, haud pauca de illius morbi contagio documenta similia nobis traduntur.

Audi de hac re ipsum auctorem, “ ¶ *Opinio*

“ illa, quam habeo, quandam nempe aeris con-

“ stitutionem, simul cum contagio importato,

“ ad pestem propagandam necessariam esse,

“ forte neutiquam fit vera : pestem vero quibus-

“ dam tempestatibus per commercium cum lo-

“ cis contaminatis introlatam esse, atque ex si-

E 2

“ mili

* *Rush on the Yellow Fever.*

† *Sims on Epidemic diseases, p. 37.*

‡ *Dr P. Ruffel on the Plague at Aleppo.*

¶ *Ibid. Preface.*

“mili aliis temporibus commercio nihil mali
“accidere, pro compertis habeo, quæ quidem,
“nulla in atmosfera mutatione simul adju-
“vante, enodare nequeo.”

Manifestum esse oportet, fontes contagionis, cum epidemicus ad statum pervenerit, magis numerosas ac potentes necessario esse, quam eo tempore, quo morbus vulgari incipit; unde evenire debet, nullum hujusmodi epidemicum unquam discessurum (præsertim si morbus sit, qualis homines plusquam semel in vitæ cursu corripit) donec incolas fere omnes trucidaverit. Magis autem necesse est, rem ita se habere, si homines, sicut in omnibus prioribus sæculis, nescirent contagionem delere, vel morbo occurrere. Huic vero experientia adversari videtur. Morbus enim, ut antea dixi, valde contagiosus, per universum populum grassatur, et quanquam fontes contagii ita maxime amplificentur, morbus tamen brevi sæpius omnino desinit. Hic certe aliquid præter contagium adesse

esse oportet, quod præfens morbum epidemicum facit, sublatum tollit.

Humanum corpus, quibusdam, magis quam in aliis temporibus contagii effectibus obnoxium esse, pro concessio habemus. Quod uni accidere potest, plurimis quoque potest, eadem causa adhibita. Quandam esse causam communem, quæ epidemicorum propagationem modo promovet, modo prævenit, jam monstrare conatus sum. Eandem in atmosphæra existere, sat verisimile ex sequentibus forsitan apparebit. 1. Omnes viribus atmosphæræ objiciuntur. 2. Eadem multorum, in corpus humanum potenter agentium, vehiculum est. 3. Nil dubitandum est, quin qualitates aeris evidentes quam maxime valeant, ut corpus viribus quascunque generis in idem agentibus plus minus obnoxium reddatur. 4. Effluvia ipsa contagiosa testantur, compluria etiam cum aere mixta, sensibus vero sæpe non detegenda, vim maxime insignem in corpus exercere; quippe quod

quod illa, sensibus neququam precepta, haud raro per aera adhibeantur. 5. Præcipua, ex quibus atmosphæra componitur, chemia hodierna detexit: verum effluvia contagiosa pari modo testantur, multa subtilia et potentia vel mixta vel soluta frequenter in eadem esse, quæ adhuc experimentis parum deprehensa fuerint.

Nihil igitur absurdum est in illa, quam habemus, opinione, qualitates occultas per aera certis temporibus diffusas, actionem contagii in corpus humanum, ideoque epidemicorum progressum vel accelerare vel impedire.

Ea autem probabilior fit ex re quadam mirabili, quæ, de vento Harmattan dicto, in * Actis Philosophicis Londini anni 1781, memoratur. Vento enim illo perflante, contagio variolosa

Philosoph. Transact. of London, 1781. Dobson on the Harmattan.

riolosa vix quidem arte alicui impertiri poterat. Namque ex septuaginta hominibus, quibus, postquam Harmattan per unum duosve dies perflaverat, variolæ inferebantur, unus tantum ægrotabat, vel aliquid eruptionis exhibebat. Hebdomadis autem paucis elapsis, cum jam Harmattan cessavisset, variolæ inter hos septuaginta sese ostendebant; quinquaginta quidem eorum arte inferebantur, reliquos vero naturali modo morbus corripiebat. At non solum idem ventus contagii variolosi actionem impedit, sed corpus plerisque aliis morborum causis minus obnoxium reddit.

De natura harum aeris constitutionum aliquam conjecturam proponere non auesim. Chemia amplius exculta, atque observationes viro-
rum veræ scientiæ per multos annos de mor-
bis epidemicis institutæ, forsitan demum hæcce
et multa alia in medicina nunc valde obscura
explicare poterunt. Hic animadvertere suffi-
ciet,

ciet, tam diverfitatem ejusdem morbi diverfis temporibus epidemici, quam vim epidemici præcipue pervalentis alios morbos fimul occurrentes afficiendi, ad constitutiones aeris fortaffe effe referendas.

Tantummodo nunc refat, ut pauca dicam de opinione fuper hac re a * D. Haygarth nuper propofita. Ille quidem negat unquam effe aeris constitutiones epidemicas; ac doctrinam de iisdem, ut fupervacaneam et periculofam, improbat. Haud vero fupervacaneam effe fupra indicavimus; et certe, fi vera fit, neutiquam periculofa fieri poteft. Quæ ab eo objiciuntur, nunc animadvertamus. Illa quidem ex obfervatis fuis de variola colliguntur.

Imprimis, quanquam haud negat, hominem uno tempore magis forfitan quam in alio contagiofæ varioloſæ obnoxium effe, tamen putat,
hancce

* Haygarth's Inquiry and Sketch relative to the means of exterminating the Small-pox from Great Britain.

hancce ad eam imbibendam proclivitatis diver-
 fitatem vix quidem in mille casibus accidere.
 Aliorum vero experientia huic conclusioni ad-
 versari videtur; sed eadem etiam concessa,
 quantum ad variolas spectat, illa certe ad con-
 tagiones plurium aliorum morborum neutiquam
 pertinet; ideoque in constitutiones aeris uni-
 versas argumentum non valet.

Idem quoque observat, variolas sæpe in op-
 pidis, intervallo inter se milliarium tantum vi-
 ginti, tempestatibus omnino diversis, epidemice
 grassari; quamvis aeris statum in utrisque lo-
 cis, ita parum a se distantibus, eundem esse
 oportet. Licet vero atmosphæra sit in utroque
 oppido eadem, nisi contagio quoque in singulis
 adfit, hoc tantummodo ostendit, causam variolæ
 excitantem per aera universum haud esse diffu-
 sam; quod quidem ab omnibus agnoscitur.

Alia quoque ejusdem observatio nihil amplius
 evincit; variolam scilicet, quandocunque, illo

notante, ea epidemice ingruisset, semper e domibus et familiis contaminatis, vel ad proximas, vel ad illas cum contactis communicantes passibus ordinatis progredi.

Ad eundem scopum etiam objicitur, variolam epidemicam, in aliquo loco, vel cessare vel ingravescere, prout pauci sunt plurimive, qui morbo, aut modo naturali, aut via infitionis, antea laboraverint. Certe nihil dubium est, quin usus variolæ inferendæ nunc adeo universus, quadantenus efficiat, ut morbus hisce temporibus haud tam magnopere, quam precedentibus, epidemice sæviat. Si vero, ad Sydenham, Huxham et aliorum observationes iis temporibus factas, quibus variolarum infitio vel rara fuit vel prorsus ignota, attendamus, manifeste quidem patebit, morbum istum in intervallis adeo frequentibus et inæqualibus sese diffeminare et discedere, ut hujusmodi vicissitudines parum cum numero hominum, qui antea

variolis laboraverint, congruere possint. Hæc
insuper observatio, licet concessa, ad morbos
tantum, homines semel in vita corripientes, at-
tinet; ideoque in propositionem nostram uni-
versam certe non valet.

F I N I S.

